

LVII

Testamento otorgado por el conde S. Sancho Galindiz legando al monast. Pin, varias fincas y bienes muebles el año 1082 (era 1120). (1)

FUENTES:

A. **Lib. Priv.**, fol. 417 (2).

B. **Lib. Gót.**, fol. 61.

IN nomine Sanctæ (1) Trinitatis. Ego Sancio Galindiz, in hora obitus mei, facio hanc cartam pro commemoratione de meo animalio. Ego et vxor mea domina Urraca (2) in sua vita (3) facimus per nostras animas et mandamus de nostras hæreditates (4), et de nostros mesquinos (5), et de nostro habere (6), mobile quomodo fuisset partitu; et unusquisque de filiis nostris quisque quod debuisset habere (7). Et retinuimus ego et vxor (7 bis) mea ad nostrum opus et ad

(1) En la nota al doc. L insinuábamos que el S. Sancio Galindiz debió morir entre 1080 y 1082: el presente testamento, otorgado en la hora de su muerte, lo confirma: en él dice que su esposa D.^a Urraca había muerto ya.

(2) A continuación, en el *Lib. Priv.* fol. 418 hay una copia de este testamento sin más diferencia que la de carecer de fecha: al margen dice Lig. 13, n.º 32.

(B. 1) Sancte

(B. 2) Urraka

(B. 3) uita

(B. 4) hereditates

(B. 5) meskinos

(B. 6 y 7) abere

(B. 7 bis) uxor: así siempre en este doc.

opus de Sancta Maria et Sancti Joannis ⁽¹⁾, ubi sumus adcommendatos, tantum quantum nobis placuit, et de toto illo de mesquinos ⁽²⁾ et de hæreditates, sicut tunc destinauimus per ad filios nostros, ego Sancio Galindiz mando et confirmo vt ⁽³⁾ sic fiat. Nunc, itaque, vxore mea mortua, commendo me in hora obitus mei ad Deum et ad Sanctum Joannem ⁽⁴⁾, in ordine Sancti Benedicti; et trado me ipsum cum omnibus quæ ⁽⁵⁾ possideo, et cum omnibus quæ ⁽⁶⁾ in alia carta ego et vxor mea ad opus nostrum, et ad opus de Sancta Maria, et per captiuos redimendos retinueramus; et cum his omnibus trado me in manus abbatis Sancii et totius congregationis Sancti Joannis ⁽⁷⁾, et omne proprium ad hinc et deinceps abrenuncio. Ita tamen vt ⁽⁸⁾ ipse abbas, pro sua bona voluntate ⁽⁹⁾ et pro nostro amore, pontem illum quem ego et vxor mea facere volueramus ⁽¹⁰⁾, de illa vna ⁽¹¹⁾ parte de nostras duas partes de pane, et vino ⁽¹²⁾, et de bacas ⁽¹³⁾, et de oves, et de equas, et de porcos, et de totos nostros trapos, et de nostro argento, quod faciat illum pontem et alia pars sit de Sancto Joanne ⁽¹⁴⁾, et de Sancta Maria; et si remanserit de illo ponte, diuidat inter Sanctum

(B. 1) Iohannis

(B. 2) meskinos et de hereditates

(B. 3) ut

(B. 4) Ihoannem

(B. 5) que

(B. 6) id

(B. 7) Ihoannis

(B. 8) ut

(B. 9) uoluntate

(B. 10) uolueramus

(B. 11) una

(B. 12) uino

(B. 13) bakas

(B. 14) Iohanne

Joannem ⁽¹⁾ et Sanctam Mariam, sicut melius sibi visum ⁽²⁾ fuerit. Domum, autem, quam habebam in Martes, habui ⁽³⁾ de quodam mesquino ⁽⁴⁾ de Sancti Joannis et idcirco, nunc reddo illam in perpetuum pro anima mea Deo et Sancto Joanni ⁽⁵⁾, cum omni alodio que ⁽⁶⁾ ibi possideo, et cum horto ⁽⁷⁾ et molendino. De pannis autem nostris, ego et vxor mea non dederamus partem filiis nostris, sed omnes retinueramus in elemosina Sanctæ Mariæ, et Sancti Joannis ⁽⁸⁾, et pontis, pro animabus nostris; sed modo consultus ab abbate et sociis eius, annuo et consentio vt ⁽⁹⁾ habeant tertiam partem ex ipsis, tali pacto, vt ⁽¹⁰⁾ ipsi, in quantum possunt, sint adiutores et defensores et fideles de Sancta Maria, et de Sancto Joanne ⁽¹¹⁾, et quod adiuuent abbatem ad illum pontem faciendum, vnusquisque secundum quod melius potest, in fidelitate Sancti Joannis ⁽¹²⁾; et rogo eundem abbatem, vt ⁽¹³⁾ ipse quoque det et confirmet illam tertiam partem filiis meis secundum supradictum tenorem. Ego vero ⁽¹⁴⁾ frater Sancius, non meis meritis sed sola Dei misericordia dictus abbas sicut senior Sancio Galindiz rogat, do et

(B. 1) Iohanne

(B. 2) uisum

(B. 3) abui

(B. 4) meskino de Sancti Iohannis

(B. 5) Iohannis

(B. 6) que

(B. 7) orto

(B. 8) Iohannis

(B. 9) ut abeant

(B. 10) ut

(B. 11) Iohanne

(B. 12) Iohannis

(B. 13) ut

(B. 14) uero

concedo vna ⁽¹⁾ cum sociis meis ad suos filios per istam conuenientiam illa tertia parte de illis pannis, et illam aliam tertiam partem ad pontem, et alia tertia pars sit inter Sanctum Joannem ⁽²⁾ et Sanctam Mariam. Aera ⁽³⁾ M. C. X. X.

- (B. 1) una
- (B. 2) Iohannem
- (B. 3) Era TCXX.